


THEOTOCODIA

SIVE PARTHENODIA

OPVS EXIMIVM

In laudem Deiparae Virginis.

Auctore T. Prospero Martinengio Bri-
xiano, Monacho Casinate.



PERMISSV SUPERIORVM.

ROMAE Apud Franciscum Zannettum.
M. D. LXXXIII.

CATALOGVS CELEBRIORVM NO-
minum Deiparae Virginis in hoc opere
declaratorum .



D Esther Regina, Reginae caeli figura, cuius historia exponitur, & Virgini applicatur.

De Iudith vidua triumphali, Holofernis victrice, eiusdem inuictissimae Virginis figura.

De terra, & eius proprietatibus, quae Virgini attribuitur.

De caelo, vbi agitur etiã de virga Moysi, et columna nubis.

De Sole, & eius miris proprietatib. q̄ Virgini adscribuntur.

De Luna perfecta, & ipsius qualitatibus, quae eidem Virgini aptissime applicantur.

De aurora, vbi agitur etiam de nocte, & die, multisque alijs scitu dignissimis.

De luce, vbi ostenditur quomodo lux illa primaria, quã in mundi exordio iussit Deus exoriri, referebat Virginẽ.

De stella maris, seu nautica, vbi agitur de arca Noe, & de Aquilone, & Austro.

De Lucifero, siue stella matutina, quae etiam Diana, & Venus à philosophis dicitur, & poetis.

De stella Magorum vbi itidem agitur de rubo Moysi, de virga Aaronis, de vellere Gedeonis, & alijs mirabilib.

De niue, & miris eius proprietatibus, & cur celebretur miraculum Virginis ad Niues.

De Paradiso terrestri & horto cõcluso, vbi quoque agitur de flumine quadrifido, & arboribus vitae, & scientiae.

De palma, vbi agitur quomodo migrauerit Virgo à corpore, & quomodo in caelum tertia die conscenderit.

Item de Margarita pretiosa, quam caelestis mercator omnibus rebus venditis sibi comparauit.

De arbore pulcherrima, seu citro, vbi simul declaratur quid significet festum apud Iudaeos olim mense septimo

DE ESTHER REGINA

QVAE FUIT REGINAE CAELI

MARIAE FIGURA



HAEC Dei praeclara Mater Christianos
 Sospitat,
 Sospitat suis fideles supplicationibus
 Facta magni sponsa Patris, sponsa summi
 principis.

Vnde Iuno incesta nomen non meretur
 sospitae,

Quod vetustas caeca quondam addebat olli perperam,
 Sed Maria Soticena, sospitatrixq; unica est.

Nam prius quàm parturiret aestuans incendio
 Feruidae deuotionis deprecabatur frequens
 Pro redemptione magnum gentis humanae Deum,
 Suntq; rerum qui sacrarum scriptitent interpretes,
 Quando eam conuenit ardens repperisse Archangelus
 Lectitantem rite psalmum quartum, & octogesimum.

Atq; vbi iam comperisset corporandum maxumi
 Filium Patris profusis expetisse lacrumis,
 Ne supersederet ultra, sed veniret protinus.

Sicq; pro cunctis puella feruida exaudirier
 Pro sua fide meretur, quodque censebat fore
 Alteri dandum, potitur ipsa munus dignior.


Namq; permagni aestimabat, si Genetricis Dei
 Seruola infima esse posset: sed parentis inclyræ
 Ipsa adepta est dignitatem, & nomen vna Sospitae.

Nec modo ante Regis ortum supplicabat principi
 Caelitum pio, sed vsque nunc quoq; ardens supplicat,
 Ne Dei nos perdat ira facta nostra ob impia.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z Aa Bb

Omnia sunt folia integra.



R O M A E

Excudebat Franciscus Zanettus.

M. D. LXXVIII.